



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Petri De Dusburg, Ordinis Teutonici Sacerdotis, Chronicon
Prussiae**

Petrus <de Dusburg>

Francofurti ; Lipsiae ; Regiom. Pruss., 1679

Cap. CLXXV. De Bello Scalowitarum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11850

Multa bella contra hanc terram Nadroviae gesta sunt gloriose, quæ non sunt scripta in hoc libro, quia nimis tædiosum esset singulariter omnia enarrare. Unde Nadrovitæ licet adhuc haberent magnam potentiam armatorum, & plures munitiones; tamen deposita omni ferocitate se fidei & fratribus subdiderunt, præter paucos, qui terram Lethoviaz intraverunt, sive que terra Nadroviae prædicta usque in præsentem diem remanet desolata.

CAP. CLXXV.

Bello Scalowitarum.

Ex pugnatis per Dei gratiam Nadrovitis, fratres contra Scalovitas pugnandi acies direxerunt, æstimantes, se nihil egisse, cum adhuc aliquid superesset agendum; & nota, quod aliqua, quæ seqvuntur, gesta fuerant infra bellum Nadrovitarum, quia navigio poterat haberi aditus ad Scalovitas, quem Nadrovitæ commorantes longè à fluvio Memelæ non poterant prohibere.

CAP. CLXXVI.

*Obsidione cuiusdam Castrum diuturna &
quodam Castro mirabili.*

Scalovitæ habebant unum Castrum circa Raganitam in quodam monte, in cuius obsidione Rutheni cum maximo Exercitu fuerunt IX. annis ante ingressum fratrum domus Teutonice in terram Pruschiæ. Tandem Rutheni fatigati laboribus & expensis, quæsiverunt ab obcessis, de quo cibo viverent, qui respon-